

Universitätsbibliothek Wuppertal

Aeli Donati qvod fertvr commentvm Terenti

Donatus, Aelius

Lipsiae, 1905

Praefatio

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-1583

A DELPHOE

PRAEFATIO

I.

STORAX NON REDIIT HAC NOCTE A CENA AESCHINVS.

1 Haec fabula palliata Adelphoe, ut ipsum indicat nomen, et plurali numero, cum sit una, et genere masculino, cum sit comoedia, et Graeca lingua, cum sit Latina, censemur. potuit eam Terentius 'Fratres' dicere, sed et Graeci nomis euphoniam perderet et praeterea togata uideretur. ad summam non statim intellegeretur Menandri esse, quod Terentius in primis cupit scire lectorem, minus existimans laudis propria scribere quam Graeca transferre. est igitur Menandri et a fratribus facto, quibus argumentum nititur, 10 nomen accepit.

2 huius tota actio cum sit mixta ex utroque genere, ut fere Terentianae omnes praeter Heautontimorumenon, tamen maiore ex parte motoria est; nam statarios locos perpaucos habet.

3 prodest autem et delectat actu et stilo.

4 in hac primae partes sunt ut quidam putant De-

15

1 *paragraphi in primis praefationum capitibus sibi invicem respondent* | achinus *A* || 2 pallita *A* | ΔΕΛΦΕ in *mg. A.*, adelphi *V*, *om. C* | et dett., ut *ACV* || 3 una *om. C* | masculino genere *C* | cum sit — 5 Terentius in *mg. V¹* || 4 *comedia ex -dio corr. A* || 5 terentiis *A* | sed et] si *C* || 6 cogata *A*, togata *V* || 9 proprias *AV*, -iam *C*; corr. ed. pr. || 10 a fratribus *V*, afri non (*corr. in mg. Daniel*) *A* || 12 accio *A* | cum] quam *V* | permixta *V* | ex] ea *A* || 13 fere] sunt *V* | hec utontimorumen *A* || 14 maiori *CV*. iocos in locos corr. *V* || 16 et 1. *om. AC* | actū *A*

1*

meae, ut quidam Syri. quodsi est, ut primas Syrus habeat, erunt secundae Demeae, tertiae Micionis et sic deinceps. quamquam etiam sunt, qui putant primas Micioni dandas, secundas Syro, tertias Demeae. nam quod ait Terentius (prol. 23) 'senes qui primi uenient', non ad partes, quas 5 dicimus, sed ad ordinem pertinet exeuntium personarum.

4* hoc etiam ut cetera huiusmodi poemata quinque actus habeat necesse est choris diuisos a Graecis poetis. quos etsi retinendi causa inconditi spectatoris minime distinguunt Latini comici metuentes scilicet, ne quis fasti- 10 diosus finito actu uelut admonitus abeundi reliquae co- moediae fiat contemptor et surgat, tamen a doctis ueteribus discreti atque disiuncti sunt, ut mox aperiemus post argu- menti narrationem (c. III). p. 8,20

5 in hac prologus aliquanto lenior inducitur; magis 15 etiam in se purgando quam in aduersariis laedendis est occupatus. πρότασις turbulentia est, ἐπίτασις clamosa, καταστροφή lenior. quarum partium rationem diligentius in principio proposuimus, cum de comoedia quaedam dicere- mus (cf. Euanth. IV 5; De com. VII). 20

6 haec sane acta est ludis scaenicis funebris L. Aemili Pauli agentibus L. Ambiuio et L. Minucio Prothymo, qui cum suis gregibus etiam tum personati age- bant.

modulata est autem tibiis dextris, id est Lydiis, ob 25

1 primus *A*, pri *C* || 2 sic *om.* *AC* || 4 deme *A* || 6 per-
tinent *A* || 8 habeant *AC* | choris *V* | diuisis et quod *codd.*,
corr. Steph. || 9 causa *<iam>* *codd.*, corr. Reiff. | spectoris *A*,
spectatores *V* | distinguunt *codd.* || 12 et surgat *om.* *C* || 13 ape-
riemus post argumentum (corr. Daniel) *A* || 14 enarratio-
nem *V* || 15 hoc *A* | lenior ex -uior corr. *V* | *<qui>* magis *C* ||
16 aduersaris *A* || 17 protasis (proto- *C*) *codd.* | est turbu-
lenta *C* | epitasis (epith- *C*) *codd.* | catastrofe *A*, -phe *V*,
-phos *C* || 18 in principio diligentius *C* || 19 dicerē *A* || 21 acta
om. *C* | cenicis *A* | l. aemili *V*, l. emili *C*, laemili *A* ||
22 ambinio *C*, albin'o *V* | Minucio Prothymo *suppl.* Wilmanns:
***** *V*, *om.* *AC* || 23 gredibus *A* | etiam] et *C* || 25 dexte-
ris *A* | lidiis *V*, bidiis *A*, ludis *C*

seriam grauitatem, qua fere in omnibus comoediis utitur
hic poeta,

of prof. Euse p. 266, 17. Be comp. p. 30
7 saepe tamen mutatis per scaenam modis cantata,
quod significat titulus scaenae habens subiectas personis
litteras M.M.C.; item deuerbia ab histrionibus cerebro pro-
nuntiata sunt, quae significantur D. et V. litteris secun-
dum personarum nomina scriptis in eo loco, ubi incipit
scaena.

8 adnotandum sane, quod haec fabula προτατικὴν πρόσωπον non habeat, hoc est personam, quae ad argumen-
tum nihil attineat quaeque sit adsumpta extrinsecus, ut
est in Andria Sosia.

8* hanc dicunt ex Terentianis secundo loco actam
etiam tum rudi nomine poetae itaque sic pronuntiatam
'Adelphoe Terenti', non 'Terenti Adelphoe', quod adhuc 15
magis de fabulae nomine poeta quam de poetae nomine
fabula commendabatur.

9 in hac spectatur, quid intersit inter rusticam uitam
et urbanam, mitem et asperam, caelibis et mariti, ueri
patris et per adoptionem facti. quibus propositis ad 20
exemplum imitanda perinde fugiendaque Terentius mon-
strans artificis poetae per totam fabulam obtinet laudem.

1 utimur C, utitur (*ante comoediis*) V || 3 modis per sce-
nam C | cantata] cantica mutauit V (*sim. dett.*) || 4 signi-
ficant A | scaenae *om.* C | personas C, (*ante corr.*) V || 5 de-
uerba A, -bia V || 6 significatur A, -cant C | .D. 7. V. A,
D. & M. V, d. et .u.j. C || 7 in eo] meo AC | ubi in ras. A ||
9 ΤΙΠΟΤΑΤΙΚΟΝ ΤΙΕΠΟCΩΤΤΟΝ. A, cum **** V, ***** C ||
11 pertineat C | adsumpta] adsunt ita A | intrinsecus C ||
14 nominis A || 15 adelfoe A, -phoe V, -phe C || 16 poete
A | de 2. *om.* AV || 17 fabula *om.* C | commendatur C || 18 et
urbanam uitam C || 19 mitem et Steph.: item AV, et inter
C | <et> celebrem C | //mariti //ueri V || 20 patris et per] patri
super C, (*corr. Daniel*) A, ^{et} patris per V | adoptionem CV ||
21 uitanda *codd.*, *corr. Scheidemantel* | quae fugienda C ||
22 artificis A | optinet AC

II.

1 Ex duobus Atticis fratribus alter quidem Demea nomine rus coluit, uxorem duxit, suscepit filios duos, Aeschinum et Ctesiphonem. at alter Micio nomine uxorem ducere et filios creare noluit: adoptauit sibi filium fratris Aeschinum atque ita indulgenter eduxit a paruulo, ut effuse luxuriatus adulescens ad postremum ciuem Atticam uirginem uitiaret captus amore eius. quo facto etiam cum matre puellae pepigit eiusdem nuptias, quam uitiauit. cumque rem gestam ad patris, a quo adoptatus fuerat, conscientiam iam iamque perlaturus esset, precibus Ctesiphonis fratris sui, qui apud durum patrem atque agrestem Demeam parcus atque artius haberetur, impulsus est, ut eidem a lenone raperet meretricem. quo facto multiplici errore completur fabula: nam et Demea cum hoc ipso, id est cum Miciione, litigabat tamquam cum eo, qui corrup- 15 perit adulescentem adoptatum in mores perditos, nesciens suum sibi filium Ctesiphonem esse corruptum, eluditurque a Syro et Miciione per totam fabulam; et mater puellae iam decimo mense post raptum uirginis et exactis a puerō mensibus < Aeschinum > credit sibi ipsi rapuisse meretri- 20 cem: quae perturbatio cito in tranquillum redacta est.

1 <ARGYMENTVM ADELFORV>; Ex A | quid ~ A | nomine demea C || 2 filios suscepit C || 3 tesiphonem et aeschinum V | ote sifonem A | at] et V | ducere] dñx C || 4 ~ crer C || 5 echinum A | ita] adeo V | indulgentē A || 6 ciuem] cui. ē. A || 7 cum om. V || 8 matri V | tutauit A | cūquē A || 9 optatus A | conscientia A || 10 prolaturus V | at esi f' atris sui A || 11 fratrem A, patris C | demeam atque agrestem C || 12 p*rtius A || 13 idem V | rapparet A || 14 repletur C | et] a A | id est om. AV || 15 corruperit A || 16 adoptauit C | immores A || 17 sibi suum C | <ēē> etesifonem A, <ēt> tesiphonem V | eluditur ·Q. Aa Syro et mytione A || 18 matrem C, (ex corr.) V || 19 mense A | et exactis — redacta est C, in mg. V, om. A | et — mensibus om. Steph. | a puerō <concepto> Schoell; fort. ad pariendum, cf. III 4, 33 || 20 Aeschinum add. Steph. | ipse V

1 Primus
verba (sc. 1).
2 secundus
adversus Aeschi-
num querelas
amicas (sc. 3).
num (sc. 4).
3 tertius
matris et C.
utriam ab
per errorem
reditum in
ficante eur-
et querelas
et consol-
4 qu
conloquuntur

1 rē
ciuem dett.)
maiores ipa-
dit add. W.
(=dett.) | 6
querellas A
(ess. V) |
tris A, matre-
lum A | 15
que (—que V)
post interne-
cessimis A |
22 de inhu-
matione C

nam re comperta de uitio uirginis Micio dat ^tamab[†]
Aeschino, quam concupuerat, eiusque matrem ipse accipit.
deprehenso uero Ctesiphone in amore meretricis primo
irascitur, post lenitum atque eius habendae <dat> licentiam
Demea.

5

III.

1 Primus actus haec continet: Micionis solius primo
uerba (*sc. 1*), post eiusdem et Demeae iurgium (*sc. 2*).

2 secundus actus haec continet: lenonis alteram rixam
aduersus Aeschinum pro puella (*sc. 1*), eiusdem apud Sy-
rum querelas (*sc. 2*), laetitiam Ctesiphonis ob possessionem 10
amicae (*sc. 3*) et eiusdem gratiarum actionem apud Aeschi-
num (*sc. 4*).

3 tertius actus haec continet: trepidationem Sostratae
matris et Cantharae nutricis ob parturientem Pamphilam
uitiatam ab Aeschino (*sc. 1*), Getam nuntiantem dominae 15
per errorem, quod sibi rapuerit Aeschinus meretricem (*sc. 2*),
reditum in scaenam Demeae eiusdemque cum Syro ludic-
fante eum sermocinationem (*sc. 3*), Hegionis interuentum
et querelam apud eundem Demeam de facto Aeschini (*sc. 4*)
et consolationem Sostratae (*sc. 5*). 20

4 quartus actus haec continet: Ctesiphonis cum Syro
conloquium de inlusione Demeae (*sc. 1*) eiusdemque in

1 rē comperta <est> *A* | datam ab *AC*, dat eam *V* (dat
ciuem *dett.*); *fort.* dat amanti (amabili *Schoell*) || 2 esohinc *A* |
maiorem ipsa *A* || 4 irascitur <demea (in mg. m. 2 = *dett.*)> *V* |
dat *add.* *W.* || 5 Demea *W.*: demēā *AC*, praebet *in ras.* *V* ||
(= *dett.*) || 6 prima^o *V* || 8 actus *om. C* || 9 ^sechinā^u *A* | syrā
querellas *A* || 10 aetesifonis *A* | possessionem *Reiff.*: sessionem
(cess- *V*) *codd.* || 11 gratiarum eiusdem *V* || 13 sostrate ma-
tris *A*, matris sostrate *C* || 14 cantare *A* | partuuentem pamphi-
lum *A* || 15 domino *V* || 16 rapuerat *C* || 17 <et> eiusdem-
que (=que *V*) *ACV* || 18 semocinatione *A* | heginis *A*, hegionis
(post interuentu) *C* || 19 et *om. C* | querellam (*sic et p. 8 l. 3*)
eschinis *A* || 20 consolatione *codd.*, corr. *Rabbow* | sostracte *A* ||
22 de inlusione *Reiff.*: deinde lusio (iuso *A*) *AV*, per eundem
lusio *C*

scaenam interuentum atque secundam frustrationem per Syrum factam (*sc. 2*), Micionis cum Hegione sermonem (*sc. 3*), querelam Aeschini de rebus suis (*sc. 4*) eiusdemque cum Micione patre facetissimam disceptationem (*sc. 5*), Demeae redditum in scaenam ex errore, in quem eum concerat Syrus (*sc. 6*), et renouatum cum fratre eiusdem iurgium (*sc. 7*), processionem in scaenam temulenti Syri (*V sc. 1*).

5 quintus actus haec continet: deprehensionem Ctesiphonis cum meretrice (*sc. 2*), tertium cum Micione iurium Demeae (*sc. 3*) eiusdemque pristinae uitiae correptionem (*sc. 4*), et per eum multa in comoedia noua, hoc est blandimentum circa Aeschinum et adfabilitatem erga Getam, conciliationem <Sostratae, liberationem> Syri et uxoris eius et ueniam circa Ctesiphonem permissionemque habendae meretricis (*sc. 5—9*).

6 Seruatur autem per totam fabulam mitis Micio, saeuus Demea, leno auarus, callidus Syrus, timidus Ctesiphon, liberalis Aeschinus, pauidae mulieres, grauis Hegio.

7 In diuidendis actibus fabulae identidem meminerimus, primo paginarum dinumerationem neque Graecos neque Latinos seruasse, cum eius distributio eiusmodi rationem habeat, ut ubi attentior spectator esse potuerit, longior actus sit, ubi fastidiosior, breuior atque contractior; deinde etiam illud, in eundem actum posse conici et tres et quattuor scaenas introeuntium et exeuntium personarum.

*s. ob. p. 47
S. Kleide Loll v.
Seiten auf jst. Ant.*

1 secundum frustratione *A* | per om. *C* || 2 egione *A* || 4 dissertationem *ACV*, corr. dett. || 5 scaena *A* | syrus concerat *C* || 6 sed (sscr. et) *V* | renouatum in ras. *A¹* || 7 amulenti *A* || 9 actus om. *A* | hoc *A* || 10 tertium] ter *A*, et *V* | cum om. *C* | uirginem *AC* || 13 blandimenta chechinum *A* effabilitatem circa *C* || 14 Sostratae, liberationem add. Reiff. || 15 -que om. *C* || 16 meretricis om. *ACV¹* || 17 mitis om. *A* || 18 ethesifo *A* || 19 grauis om. *C* | egio *A* || 20 diuidendis *P*: uidendis *AC*, edendis *V* | memineramus *A* || 22 huicmodi *C*, eius *A* | rationem *C* || 23 habeant *A* || 25 etiam] et *C* | eunde *A* | conici et tres] conueteres *A*, conici euum *C*

em per
rmonem
iusdem
(sc. 5),
um con-
eiusdem 5
nti Syri

n Ctesi-
one iur- 10
orreptio-
hoc est
rga Ge-
t uxoris
que ha- 15

Micio,
us Cte-
Hegio.
mineri- 20
Graecos
odi ra-
potuerit,
ractior;
et tres 25
onarum.

one A ||
rus con-
7 amu-
, et V ||
num A ||
. Reiff. ||
om. A ||
endis P:
smodi C,
C | ennde

8 Facta autem haec una est de duabus fabulis, Adelphis Menandri et Conmorientibus Diphili. *of Haut. prol. 17*

PROLOGVS.

- 1 1 1 POSTQVAM POETA S. S. S. 'postquam' pro quoniam, cuius reciprocum quoniam pro postquam. Plautus in Aulularia (*prol. 9*) 'is quoniam moritur — ita auido ingenio fuit'. 2 POSTQVAM SENSTIT pro postquam sensisset.
- 3 SCRIPTVRAM SVAM indifferenter omnis qui aliquid scriberet scriptor a ueteribus dicebatur.
- 2 2 1 AB INIQVIS inimicis, ut (*Verg. Aen. VIII 292*) 'fatis Iunonis iniquae'. 2 OBSERVARI obseruatio et ad honorem refertur, ut (*Verg. Geo. IV 210—12*) 'praeterea regem non sic Aegyptus et i. L. n. p. P. a. M. H. o.' sed nunc 'obseruari' captari significat. 3 OBSERVARI et honorari et captari et audiri significat, ut Plautus (*Amph. I 3, 9*) 'obseruatote ut blande palpetur mulieri'. 4 OB- 15 SERVARI ET ⟨AD.⟩ RAPERE IN PEIOREM PARTEM uarietas per genera uerborum est: utrique sententiae apte iungimus 'scripturam suam'.
- 3 3 RAPERE IN PEIOREM PARTEM uitio dare, uituperare.
- 4 4 1 INDICIO DE SE mire expressit simplicitatem uera dicturi, cum indicaturum de se dixit, non narratum. 2 Et INDICIO DE SE IPSE ERIT pro index erit.

1 adelfos menandro et conuenientibus A || 2 difili A, difficilis *rell.* || 3 postquam et 4 pro postquam *om.* C || 4 in aul. sscr. V, in fabula (*in mg. Aulularia Daniel*) A || 5 ⟨et⟩ is V, si C, ** A | quoniam (*in mg. suppl. Daniel*)] **** A || 6 SENSTIT] S. A || 7 SCRIPTVRAM SVAM] S. S. A | indifferenter A || 8 scribere A || 10 obseruatio *om.* V | et *om.* C || 11 praeterea] obseruat V || 12 et — o.] *** C | L.] I. A || 13 et honorare A, et honorari (*post captari*) C || 14 audire A || 15 obseruat orate (-re C) ut (et C) *codd.* || 16 impeiorum A; *sic et 19* || 17 est *om.* C | abte A || 18 ⟨indicio⟩ suam C || 20 inditio A; *sic et 22* | DE SE *om.* C || 22 IPSE *om.* C | proinde exerit *codd.*